

LXVIII.

IL MEDESIMO AL MEDESIMO ^(a).

[B, c. 5 B; C, c. 225 B; R, c. 82; G, c. 136].

Padova,
2 marzo 1396.Benchè abbia più
volte scritto di
recente, non può la-
sciar passare l'oc-
casione d'intratte-
narsi ancora con
lui.L'assenza non fa
che accrescere il
suo desiderio di ri-
vederlo,e perciò s'era de-
ciso di recarsi du-
rante l'autunno
nell'Istria.Ora però, temendo
che non inferisca
di nuovo il morbo,
ha abbandonato quel
suo progetto,
e partira, forse tra
breve, da Padova,per proseguire i
suoi studi altrove.

ESTI neque res ulla magnopere subigat neque suppetat nunc otium, 5
 hanc tamen ob rem vel solam ^(b) scribendum fuit, ne tam certus nuntius sine litteris meis ad te iret. et quanquam his natalibus proximis multorum dierum excusationem implesse michi videntur, quando singulis diebus singulas aut eo amplius litteras dabam, abstinere tamen non possum, si quando nuntius intercurrit aut vacationis aliquid datur, quin scribam. tunc enim ^(c) videor michi tecum 10 esse, te intueri, te alloqui, et satietatem, si qua ex aliis studiis irrepsit, presenti voluptate mollire ^(d); idque michi desiderium et videndi te et scribendi augetur in dies. nam quo diutius a te absum quoque longior mora intercessit, posteaquam videre te desii, eo quotidie magis et convenire coram et videre et affari voluntas increscit ^(e), 15 iamque michi sine te transegisse multa secula videor, nec triennio tantum abfuisse sed infiniti pene temporis etatem ^(f). ac propterea constitueram hoc septembri, quando maiori vacatione abstinere a studiis licet, in oras illas venire, uti te post parentes primum viderem diesque illos paucos una iocundos tecum agerem ^(g); verum quia 20 futurum reor, si qua ex superiore anno induci conjectura potest, ut neque hic neque apud vos aer salutaris sit, meum consilium est neque illuc ire ^(h) neque hic subsistere, sed alio, quocunque sors ⁽ⁱ⁾ tulerit, secedere. nichil enim certi habeo neque propositi neque fortune. ventis igitur, ut aiunt, vela explicabo et, quoquo 25 duxerit impetus, sequar, dum tamen studiis inferar. huius autem consilii non diu abfuturam necessitatem reor. hoc etenim vere, cum calor invalescere ciperit, invasuram existimo pestem has regiones, et passim, ut solet, homines sine delectu conculcaturam. ego nisi inter ^(k) primos cecidero, ubi ^(l) certa contagionis signa 30

(a) B P. P. V. Ioanni Bononiensi C senza titolo. R P. P. V. Ioanni de Bononia phisico (b) CRG om. vel solam (c) RG nunc enim (d) RG moliri (e) RG ac- crescit (f) R etate (g) CR agere (h) C est illuc ire (i) G om. sors (k) CR ego enim inter G ego enim nisi inter (l) CR nisi ubi